

**König Wilhelm verkündet auf Antrag des Bischofs Laurentius von Minori die gesetzlichen Bestimmungen über die Gerichtsbarkeit bei Ehebruch und über den Gerichtsstand der Kleriker und bestätigt das Recht auf genannte Einkünfte.**

Palermo, (1175) März 22

Città del Vaticano, Biblioteca Apostolica Vaticana, Barb. lat. 3215 « Monumenta Ughelliana » , f. 245 v - 246 r [ E ]

Editionen: UGHELLI - COLETI 7, 300 - 301 [ Ugh ] ; CAMERA, Memorie II 419 [ Ca ] .

Regesten: B 194 .

D 79 ist die späteste unter den Ausfertigungen des Konstitutionenpakets : DD 35, 47, 51 und 53. Die Editionen von Ughelli und Camera gehen vermutlich auf die gleiche verlorene Vorlage zurück, wie die Lücke im ersten Abschnitt bei *Non enim* beweist. Unterschiede bestehen dagegen in der Form des Namens der *homines* : Apicella bei Camera, Vulpicella bei Ughelli .

Es kann sich dabei offensichtlich nicht um ein Toponym handeln, vielmehr ist an eine Berufsbezeichnung zu denken: Vulpicella ( vulpicula ) scheint mir dabei weniger erklärlich als apicella ( \*apicula bzw. \*apicola ), wobei man im letzteren Fall an Bienenzüchter denken könnte. Aus dem Rahmen fällt allerdings die am Ende eingefügte Bestätigung von Rechten auf Abgaben; da jedoch auch die künftige Unge-störtheit befohlen wird, paßt dies durchaus in den Rahmen eines Mandates. Unerklärlich bleibt dabei, warum dafür nicht ein eigenes Dokument hergestellt wurde. Daß es sich um eine in Minori vorgenommene Interpolation handelt, ist natürlich nicht vollständig auszuschließen, scheint aber wenig wahrscheinlich, da nur das unbestimmte *molestia* verwendet wurde, eine Fälschung aber doch eher auf Steuerbefreiung oder andere finanziell wirksame Aspekte zielt. Der Gesetzesteil von D 79 ist jedenfalls ganz unverdächtig, obwohl der Text in der Überlieferung Korruptelen erlitten hat. Er folgt im Wesentlichen dem bekannten Formular, nach dem die verderbten Stellen emendiert wurden. An der Stelle des Befehls an die Baiuli zur Amtshilfe in Ehebruchsdelikten ist die Besitzbestätigung, bei der es um Abgaben von Gewerbetreibenden ( *apothecarii, furnarii* ) und *homines* geht, eingefügt worden.

Zu Laurentius als erstem Bischof von Minori vgl. KAMP, Kirche und Monarchie I 410.

Willelmus, Dei gratia rex Sicilie, ducatus. Apulie et principatus Ca-

D 35

pue, comitibus, camerariis, iustitiariis, baronibus, et universis baiulis, qui sunt de parrochia et diocesi Minorensis ecclesie, fidelibus suis, salutem et dilectionem. Laurentius, venerabilis episcopus Minorensis, fidelis noster, significavit maiestati nostre<sup>a</sup> dicens, quod ecclesia sua privatur et diminuitur a vobis de iure suo videlicet de adulteriis, que non permittitis iudicari \* in curia ipsius ecclesie, sicut debentur, et de personis clericorum, que a vobis ut laici iudicantur, capiuntur et incarcerantur, quod, si verum est, admodum nobis displicet et grave ferimus. Non enim [ decet ] neque volumus, ut ea que ab ecclesia iudicari et coerceri debent, a vobis iudicentur vel puniantur. Unde mandamus universitati vestre et precipimus, ut amodo de adulteriis iudicandis vos non intromittatis, sed, si quis de<sup>b</sup> parrochia vel diocesi<sup>c</sup> predicti<sup>d</sup> episcopatus Minoris de adulterio accusatus vel in eo deprehensus fuerit, ad iudicium Minorensis ecclesie, in qua adulteria ipsa iudicari debent, consistat et a curia eiusdem ecclesie iudicetur et<sup>e</sup> corrigatur excepto si per insultum et per violentiam adulterium committitur. Quod si acciderit, iudicetur<sup>f</sup> ab ecclesia de ipso adulterio, \* quod spectat ad iudicium ipsius ecclesie, et de hoc<sup>g</sup>, quod spectat ad iudicium curie nostre, videlicet de insultu et violentia, iudicetur ab ipsa curia nostra. De personis vero clericorum volumus et iubemus, ut si aliquis clericus parrochie vel diocesis predicti episcopatus Minorensis de aliquo forisfacto<sup>h</sup>, de quo persona sua iudicari vel condempnari debet, appellatus fuerit, non a vobis neque a curia vestra<sup>i</sup>, sed ab ipsa ecclesia et in curia ecclesie de hoc quod ad personam suam spectat, iudicetur et corrigatur, sicut convenerit iuxta canones et ius ecclesiasticum, excepto si aliquis clericus fuerit appellatus de prodicione vel \* alio huiusmodi \* maleficio quod spectat<sup>k</sup> contra maiestatem nostram. Quod si acciderit volumus et precipimus<sup>l</sup> ut \* hoc quod spectat ad iudicium curie nostre, iudicetur ab ipsa curia nostra, et de hoc, quod spectat ad iudicium ecclesie, iudicetur ab ipsa ecclesia. Si vero aliquis clericus de hereditate vel \* tenimento, quod non ab ecclesia, sed a vobis sive per patrimonium aut aliunde in terris vestris teneat, fuerit appellatus, volumus ut de hoc in curia illius, in cuius terra possessiones vel tenimentum ipsum fuerit, respondeat et quod iustum fuerit faciat, non tamen<sup>m</sup> ut persona eius exinde<sup>n</sup> capiatur vel incarceretur. \* Preterea vobis baiulis precipimus, ut ad predicta adulteria coercenda et corrigenda eidem venerabili episcopo<sup>o</sup>, fidei nostro, in quibus opus fuerit, auxilium tribuatis. Insuper confirmamus eidem Minorensi ecclesie omnes homines de eadem terra qui dicuntur apicelle<sup>p</sup>, prefate ecclesie pertinentes, apothecarios duos et furnarios duos, mandantes et firmiter precipientes, ut tam homines ipsi qui dicuntur apicelle<sup>q</sup>, quam et ipsi duo apothecarii et duo furnarii de omnibus, de quibus eadem<sup>r</sup> Minorensis ecclesia ab antiquis temporibus intendere debent et consueverunt<sup>s</sup>, ei de cetero

## D 79

absque omni molestia respondeant et intendant. Data Panormi die XXII  
mensis Martii, indict. VIII .

- 
- a noster *Ca.*  
 b *fehlt Ca.*  
 c diocesis *Ca.*  
 d per dicta *Ugh* ; predicta *Ca.*  
 e *fehlt Ca.*  
 f non iudicetur *Ca.*  
 g quod - hoc *fehlt Ca.*  
 h fori facto *Ca.*  
 i condemnari *Ugh.*  
 j *fehlt Ca.*  
 k respicit *Ca.*  
 l et precipimus *fehlt Ca.*  
 m respondeat - tamen : faciat attamen *Ca.*  
 n *fehlt Ca.*  
 o *abbati Ugh, Ca.*  
 p Vulpicelle *Ugh.*  
 q Vulpicelle *Ugh.*  
 r idem *Edd.*  
 s habuit et consuevit *Ca.*